

De bello gallico 3.4

Brevi spatio interiecto,

vix ut rebus,

quas **constituissent**,

conlocandis atque administrandis tempus **daretur**,

hostes ex omnibus partibus signo dato **decurrere**,

lapides gaesaque in vallum **conicere**.

nostri primo integris viribus fortiter **repugnare** neque ullum frustra telum ex loco superiore **mittere**,

ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus **premi videbatur**,

eo **occurrere** et auxilium **ferre**,

sed hoc **superari**,

quod diuturnitate pugnae hostes defessi proelio **excedebant**, (!!!)

alii integris viribus **succedebant**;

quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat,

ac non modo defesso ex pugna excedendi,

sed ne saucio quidem eius loci,

ubi constiterat,

relinquendi ac sui recipiendi facultas dabatur.